N. 1706.

CURRENDA VIII.

A. D. 1866.

N. 1590.

Quanndo testimonium eliberationis a militia pro 1ᵃ aetatis Classe datae validum est ad suscipiendam copulationem provecti jam ad 2ᵈᵃᵐ.

Ad hanc quaestionem reponit Nota hujatis C. R. Officii Districtualis de 23. April. 1866. N. 12312. quod ita sonat: „Note. Man beehrt sich das hochwürdige bischöfliche Consistorium dienſthöflichſt zu ersuchen, die Ortsseelsorger in Folge h. Statthalterei Comiss. Erlasses vom 2. Dezember 1865. N. 32899 mit Bezug auf die Verordnung des Ministerium für Cultus und Unterricht vom 10. Novbr. 1858. N. 19018 (R. B. N. 152) die Seelsorger darauf aufmerksam zu machen, daß die ämtlichen Bescheinigungen über eine in der ersten Altersklasse erhaltene Befreiung nur dann als Deckuug für die Vornahme einer gesezlichen Eheschliessung in der zweiten Altersklasse angesehen werden dürfen, als diese Altersklasse nicht aufgerufen worden ist, weil außerdem, da nach §. 27. des H. E. G. alle Befreiungstitel nur für jene Heeresergänzungen gelten, für welche sie erlangt worden sind, die Wirksamkeit obiger Bescheinigungen für die Vornahme der Trauung erloschen sein würde“

Haec pro notitia et directione ante copulationem talium.

Tarnowie 28. April 1866.

N. 2776 ex A. 1865.

J. Bonus Pastor specialis est amicus ægrotorum.

(Juxta Past. Clasis. Amberger tom. III. elaboratum a quodam Presbytero.)

Continuatio ad Cur. VI. a. c. &c.

„*Cum primum noverit Parochus, quempiam ex fidelibus curæ suæ commissis aegrotare, non expectabit, ut ad eum vocetur, sed ultro ad illum accedat idque non semel tantum, sed saepius, quatenus opus fuerit.*“ Rituale Sacram. Provinc. *De visitatione est cura infirmorum.*

Notitiam de infirmitate parochiani alicujus nactus visitet Curatus eum, quasi angelus custos ægroti illum moneret: „*ecce quem amas, infirmatur*“ (Ev. Joann. XI. 3) et quasi anima ægri ingemisceret: „*miseremini mei, saltem vos, amici mei! quoniam manus Domini tetigit me.*“ (Hiob. XIX. 121.) Licet non invitatus properet ad eum, eo magis illico, — relictis omnibus aliis negotiis, imo, si periculum in mora esset, relictis parochianis ad solemnem devotionem — licet die festo congregatis, — si *vocatus* esset etiamsi ab infimæ sortis infirmo, ad eum festi-

nare obligatur, etenim bonus pastor 99 oves relinquit, quæsiturus centesimam. Admoneat parochianos, ne ingravescente *demum* periculo pro sacerdote mittant dataque occasione persuadeat *medicis*, ne — juxta Conc. Later. et summorum Pontificum decreta — ultra *tertiam vicem* catholicos ægrotos visitent, quin prius ipsis certo constet, illos confessionis Sacramento rite expiatos esse *)

Cura ægrotorum pertinet ad principalia officia Parochi, qui, si ipse huic obligationi satisfacere non valeret, *praecipue* ob illam causam sacerdotem auxiliarem habere debet, nam sani possunt ipsi alibi sacerdotem adire, quilibet vero ægrotus domi visitandus est. Quodsi Parochum charitas erga omnes ad officia sua explenda compellat, infirmi majore ejus pastorali charitate indigent, etenim portis æternitatis propingui, tentationibus obnoxii, in discrimine sunt vitæ temporalis et æternæ. Hisce momentis adhuc concessis utatur Curatus ad salvandam animam, quæ e manu ipsius die judicii exigetur, — et licet tunc, præcipue epidemiis grassantibus, ab infelice ægroto amici se retraherent, resplendescat charitas boni pastoris.

Nonnulli ægroti mirabili pace spirituali fruuntur nullaque pugna conscientiæ turbantur; pax hæc nonnumquam est donum Dei qua præmium vitæ christianæ et peractæ pœnitentiæ fructus, — ast, proh dolor! datur etiam pax falsa, — sicut aër plurimum meridie a vento quiescere solet, si frigor a calore vincitur, — ita etiam media nocte quiescit, si calor a frigore vincitur, — si perversitas moralis jam irradicata sensum moralem devicit et omnem adimit fidem, talis hominis animalis pax est falsa, tuncque magna prudentia et patientia sacerdotis necessaria, ut talem plerumque inveteratum peccatorem Deo conciliet et ipsi pacem illam det, quem mundus dare non potest, — non pacem adinstar muti animalis, quam corpori morienti nonnumquam apta dosis opii vel morphini acetici fert, sed pacem e conscientia purificata ac pia subjectione voluntati Dei progredientem, — mortem ipsam non obhorrentem, — eo minus ille, qui *cupit jam dissolvi et esse cum Christo*, quodsi de ulterioris vitæ spe ex medicorum sententia omnino desperatum est, inutilem agoniam moscho protrahere cupit, magis exoptans saltem ex necessitate moriendi offerre sacrificium voluntarium Deo.

Institutione, admonitione, consolatione, oratione, Sacramentis .... numquam magis indiget homo, quam, si morbo correptus jacet. — „*Non te pigeat ergo visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis*“ (Eccus VII, 39) in dilectione aegrotorum eorumque angelorum ac Patronorum, in dilectione Dei et hominum, praesertim parochiae suae. „*Venite, benedicti patris mei! percipite regnum! fui enim infirmus, & visitastis me.* (Matth. XXV, 136) In aegroto visitas Christum, qui eapropter coronam aeternae vitae promisit. Non abhorreas miasma tempore cholerae, variolarum, pestis, nam bonus pastor, quum bonum animarum hoc indigeat, dat animam suam pro ovibus suis. — Nonnullus ad infernum pergens in articulo mortis revocatur ad cœlum, venit enim sacerdos ad peccatorem qua mediator judicii et dirigens ultimum jam gressum ejus in viam pacis, venit ad mœstum qua nuntius consolationis,

---

*) Statutis nosocomii Tarnov. sancitum est, ut quilibet ægrotus, quamprimum susceptus fuerit, statim confessionem peragat.

ac desperato sacram porrigit anchoram; quodsi valet, praebeat sacerdos aegroto auxilium quoque corporale mediis domesticis, eleemosyna a se vel aliis in sublevanda inopia. — fortioribus autem medicamentis uti potest nonnisi qua executor consiliorum peritorum medicorum, qui eumdem aegrotum vel saltem grassante epidemia *eodem* morbo laborantes visitaverunt.

Strictissimo demum et primario officio administrationis Sacramentorum peracto non mittat parochus infirmum e cura sua solicitusque sit, ut, si fieri potest, ad pristinam revertatur sanitatem tumque reliquam partem vitae suae in virtute christiana transigat. Doceat illum, morbum a Deo, fonte omnium bonorum, monitum esse ad emendandam vitam aut ad altioris gradus perfectionis ascensum, proinde gratias agat Deo etiam pro morbo immisso, quo ad salutem animae utatur, per quem quoque, si patienter illum fert, temporales poenas purgatorii diluere potest.

Corpus humanum fragile est tabernaculum, non habemus enim hic *manentem civitatem, sed futuram inquirimus patriam,* ad quam præcessit nos Jesus, domum nobis non manufactam paraturus. Proinde principaliter quærat ægrotus salutem animæ, secundario demum sanitatem corporis, quæ magnum est donum Dei, quod morbo demum recte aestimatur, nam sanum corpus desideria piæ mentis exequi valet. Sæpissimæ sunt morbi poenæ peccatorum, ideo Dominus sanando ægrotos de eorum peccatis loquutus est, in poenitentiam ergo spiritu humilitatis et animo contrito perferant morbi dolores. Sacerdos applicet ægrotis indulgentias papales nonnisi post vota illorum expressa, se, quodsi Deus ipsis sanitatem restituerit, vitam omnino emendaturos ac sanctificaturos. —

Consolando ægrotos perpendat sacerdos, *tres* esse præsertim cogitationes, quae illos inquietant: *timor mortis*, *conscientia peccatis onusta* et *divina justitia.* Ostendat proinde, christianum *mortem* non timere, imo diligere debere, nam mors liberat corpus a servitute peccati multisq. miseriis estque pro justificato introitus ad æternam felicitatem. Proponet aegrotanti martyria sanctorum, qui mortis cruciatus immanissimos patientissime ferebant, spe futurae gloriae sese *refocillantes. Conscientiam* ob commissa peccata inquietam pacificet effectu Sacramentorum, infinita Dei misericordia per merita Jesu Christi nostram culpam diluentium, proinde horrorem *divinae justitiae* leniat consideratione bonitatis Dei, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat in aeternum. Quodsi aegrotum recordatio liberorum deprimeret, ostendat, Deum esse protectorem orphanorum petatque ab illo, ut salutaria nonnisi eis det monita exemplumque sit patientiae et piae ac poenitentis mortis, quatenus anima ejus beata pro ipsis ante thronum Dei intercedere valeat.

Jam hoc, si sacerdos patienter quærelas aegroti *audit*, ipsum solatur, — non sinat mediis superstitiosis vel incantationibus præstigiatricum qua I° præcepto divino contrariis uti; hortetur domesticos ad inserviendum infirmo sitque ipsis exemplum verbo et conversatione; — non abhorreat ipse, in quantum decet et necesse esset, **propria** manu servire; — si fieri potest, vocet medicum; — curet, ut ægrotus convenientem & sanum habeat cibum et potum, teporem in cubiculo hieme, — aërem mundum, lectum versatum et indusium purum.

Exterminare curet ex ambitu ejus personas ingratas, saluti ejus nocivas, pacem turbantes, clamores superfluos moventes, revera autem ad nihil proficuas. Experiri quærat Curatus statum infirmi, speciem et gradum morbi, vitae ejus anteactae mores illiusq. officia, ut

conformia dare valeat consilia, media spiritualia suadeat, quum nemo *ob* percepta Sacramenta mortuus sit, imo illa ad sanitatem corporis conferant, quodsi haec voluntati divinæ non adversetur, semper autem pacem reddunt cordi. Si periculum non est in mora, concedat aegroto tempus præparationis ad confessionem, examinis conscientiæ, neque turbetur, quamdiu vult, — praefigat tamen horam, qua excipiendae confessionis gratia venturus est. Quodsi visitaverit infirmum, potest sacerdos ad pectus absconditam habere stolam violacei coloris et si illum paratum ad confitendum invenerit, confessionem excipiat, — et *postea* solemniter SS. Synaxin et olea s. afferat, — imo sigillo confessionis et reverentiæ SS. Sacramenti melius consulitur, si, in quantum fieri potest, quando vicinitas loci et non adeo afflicta infirmi valetudo patitur aditum, confessio delationi SS. Sacramenti praemittatur.

Si infirmus Sacramenta suscipere nolit, experiatur sacerdos hujus causam et solidis argumentis illam amoveat. — Nonnulli periculum mortis ignorant, seque ipsi fallunt vel a consanguineis aut medicis falli sinunt. His veritas est dicenda et aperiendum ipsis, dilationi non esse locum, quum non sufficiat in expirio Sacramenta externe suscipere, quando jam cor contritionem supernaturalem elicere non valet; nec convenire gratiam a Deo tunc, quando libuerit, exigere sed potius data nunc occasione humiliter Ejus misericordiam implorare. Dilatio nocet infirmo, nam periculum est Sacramenta plane non aut indigne vel sine fructu suscipiendi et talis procedendi modus adigit sacerdotem ad absolutionem solummodo generalem, cujus validitas ob defectum receptivitatis infirmi dubia. Quum corporis medicinam negligere peccatum sit, quanto majus peccatum medicinam negligere animae. — Si infirmus fiducia erga Curatum careat, amicabiliter cum illo colloquendo et saepe visitando fiduciam acquirere sataget, — ipsi etiam prudenter ac modeste alium sacerdotem mittere proponet. — Facta provisione sacramentali consulat Curatus aegro, ut temporalia quoque sua ordinet et fors *testamentum* faciat coram testibus, quamdiu praesentia spiritus gaudet. Si dives est, monebit, ut eleemosynas det pro facultatum ratione et modo ac in suffragium animae suae supplicationem fieri postulet, — ut ipse, qualiscumque esset, pie meditetur de vanitate mundi, de exemplis patientiae SS. Martyrum, de fructu tribulationum, de coelesti gloria; — ut oret ac pia suspiria eliciat vel preces sibi convenientes per alios clara voce fieri jubeat. — Moneat sacerdos aegrum caute et modeste, ut, si fors alicujus honori nocuisset, huic pro posse satisfaciat, — inimicitias componat, — damna qualiacumq. resarciat, debita exsolvat, — omnia negotia officii vel muneris sui debite ordinet. — Nonnullo casu potest sacerdos, si haec esset voluntas aegroti, similibus negotiis quam conscientiosissime intervenire.

Visitatio infirmi multoties repetita valde exoptanda, ast de regula quælibet ultra *quadrantem* horae non duret, ne aegrotus in corporalibus necessitatibus incommodetur nec inutilibus quaestionibus detineatur. Non multiloquio soletur, sed affabilitate in charitate non ficta, sermone solido cum sacra unctione prolato. Colloquium non diu protrahat, ne fatigetur aegrotus et praesertim in debilitate nervorum praecipue foeminarum caveat vocem altam et omnem odorem v. g. herbæ nicotianae, proinde penes ipsum lectum, eo minus super lecto non sedeat. Distinguat statum, ætatem infirmi, sexum, ne inconvenienter agat v. g. si pulsum apud

infirmam fœminam quæreret, vel de arte obstetricia disputaret, in aliquos affectus degeneraret etc. Scandalum autem semper esset, si sacerdos visitans infirmum de omnibus rebus adinstar ephemeridarum sæcularium, sed nil de Deo et salute animæ loqueretur. Libro precum *) uti licet, ast exoptandum esset, ut sacerdos penes ægrotum ex corde ad cor loquatur et pia suspiria sine lectione ex ore suo proferat.

Quum *sacerdos aegrotus* consolatione spirituali etiam indigeat, hinc, licet non esset periculum mortis, convenit, ut a vicinis sacerdotibus amicabiliter visitetur. **)

Sequetur: **K. Bonus Pastor adstat morientib.**

L. 1365.

Wykaz

rzeczy do Kościołów parafialnych Dekanatu Dobczyckiego częścią przez WX. Proboszczów częścią przez ich pobożnych Parafian sprawionych, dotychczas nie wykazanych, oraz różnych przy tychże Kościołach i budynkach plebańskich podjętych reparacyi, sporządzony w czasie Wizyty Dekanalnéj w miesiącach, Lipcu, Grudniu 1865 i Styczniu 1866 odbytéj.

I. W Dobczycach. A) Kosztem miejscowego Proboszcza Ks. Ludwika Opłatkiewicza sprawiono: 1) Lawoar cynowy z szafką drewnianą w roku 1858 za 10 złr. k. m. 2) 2 lichtarze cynowe na wielki Ołtarz restaurowane za 10 złr. k. m. 3) Ornat biały w roku 1857 za 28 złr. k. m. 4) Ornat czarny w roku 1851 za 15 złr. k. m. 5) Dalmatyki czarne manszestrowe w roku 1865 za 34 złr. a. w. 6) Kapę czarną kamlotową w białe pasy za 15 złr. k. m. 7) Kapę czarną manszestrową w roku 1854 za 15 złr. k. m. 8) Nowe Tablice kanonne do wielkiego Ołtarza za 7 złr. k. m. Razem: 139 złr. a. w.

B) Kosztem Parafian: 1) W roku 1853 wystawiono nową Dzwonicę z ciosowego kamieeia za 1300 złr. k. m. 2) W roku 1851 wystawiono w kościele nowe 3 Ołtarze i Ambonę. Rzeźbiarską robotę wykonał Kajetan Damasiewicz z Nowego Sącza. Miasto Dobczyce złożyło 689 złr. 54½ kr. k. m. Dominium Dobczyce 283 złr. 9 kr. k. m.; razem więc te 3 Ołtarze z Amboną kosztują 972 złr. 2½ kr. k. m. 3) Za obrazy do tych 3 Ołtarzy złożyła Konkurencyja 500 złr. k. m. 4) Cech szewski sprawił własnym kosztem: a) nowy przyboczny Ołtarz z Obrazami za 800 złr. k. m. b) około tego Ołtarza balasy dębowe pokostowane za 20 złr. k. m. c) sześć dużych lichtarzy cynowych za 200 złr. k. m. d) 4 ławki z drzewa jasieniowego za 50 złr. k. m. e) Pająk szklanny za 100 złr. k. m. 5) Cech krawiecki sprawił 4 ławki z drzewa jasionowego za 50 złr. k. m. 6) W roku 1848 sprawiono nowy Organ czyli Pozytyw o 7^miu^ głosach za 269 złr. 27½ kr. m. k. Do tego Organu zrobiono w roku 1865 tak zwany bęben za 21 złr. a. w. ze składki wpłynęło 15 złr. 55 kr. a. w. resztę 5 złr. 45 kr. a. w. dołożył miejscowy Proboszcz. 7) Fi-

*) Ritualia nostra talibus abundant precibus. **) Notificationes ad Ven. Clerum editæ, sæpe hocce officium et modum exhibendi inculcabant.

lip *Sokołowski* mieszczanin Dobczycki sprawił nowy miedziany Kielich z pateną, wyzłacany za 50 zł. k. m. 8) *Stanisław* i *Wiktorya Krupa* Kmiecie z Brzezowy sprawili w roku 1860 nowy Kielich z Chińskiego srebra z Pateną za 56 zł. a. w. 9) W roku 1853 Wicenty *Kański* senior, Jakób *Dybel*, Fabian *Płonka*, Walenty *Gręplowski*, Józef *Stapf* młynarz, Andrzej *Misior* razem sprawili 12 lichtarzy nowych cynowych, para po 12 zł. k. m. kosztują razem 72 zł. k. m. 10) Filip *Sokołowski* sprawił w roku 1855 nowy biały Ornat z Rekwizytami za 45 zł. k. m. 11) Walenty *Gręplowski* sukiennik i mieszczanin Dobczycki sprawił w roku 1857 2 Dalmatyki białego koloru z Rekwizytami za 56 zł. k. m. 12) Jakób *Dybel*, wójt i zagrodnik z Krzynki sprawił w roku 1859 nowy ornat biały z rekwizytami za 60 zł. k. m. 13) Tenże sam Jakób *Dybel* sprawił w roku 1859 nowy ornat koloru czerwonego z rekwizytami za 35 zł. m. k. 14) W. P. *Ludwika* z Baronów *Brunickich* Turnau sprawiła w roku 1849 ornat koloru fioletowego za 15 zł. m. k. 15.) Wincenty *Kański* senior sprawił w roku 1854 kapę koloru białego za 16 zł. m. k. 16) Jakub *Dybel* wujt i zagrodnik z Krzynki sprawił w roku 1857 nową kapę koloru białego za 52 zł. 30 kr. k. m. 17) Ze składek zrobionych w kościele róźnemi czasy podczas Świąt, sprawiono nową kapę w czerwone kwiaty na tle białym w roku 1861 za 100 zł. a. w. ze strony parafian razem 5064 zł. 5 kr. a. w.

II. W Droginі. A) Pleban ks. Jan *Rosner* własnym kosztem sprawił I.) do *kościoła:* Dwie tacki mosiężne pod ampułki za 2 zł. m. k. dwa nowe dzwonki do ółtarza za 2 zł. m. k., 4 postawy róż do ubrania Tabernaculum za 6 zł. a. w., 4 nowe komże dla ministrantów za 6 zł. 18 kr. a. w. Dwie linki konopne, jedna do synatury, druga do małego dzwonu za 1 zł. 35 kr. a. w. Nowe drzwi drewniane z okuciem i zamkiem do skarbu kościoła za 2 zł. 69 kr. a. w. Siedm pasków czyli Cingula za 2 zł. 80 kr. a. w. Kapsulę fioletową z białemi kwiatami za 5 zł. a. w. Kapsulę nową do chorych z kwiatami żółtemi za 5 zł. a. w. Mary nowe małe szafirowo pokostowane do noszenia zmarłych dzieci sa 1 zł. a. w. Line jednę nową do wielkiego dzwonu za 1 zł. 20 kr. a. w. Nowy stopień drewniany pod szuflady w zakrystyi, nowe schody na Ambonę ponieważ składka nie wystarczyła, brakującą kwotę 7 zł. 29 kr. a. w. Ks. Pleban z własnego dołożył. Dwa nowe postumenta dębowe do postawienia obrazów, które na processyi dziewczęta noszą, za 4 zł. 50 kr. a. w., nowe drzwi z chóru na strych kościoła za 1 zł. 60 kr. a. w.

II. Tenże sam Pleban własnym kosztem sprawił do budynków plebańskich: Nowy Archiw w kancellaryi parafialnéj za 18 zł. a. w. Nowy dubeltowy dach gontowy na stajni za 61 zł. 25 kr. a. w. W roku 1861 do nowéj plebanii wystawionéj sprawił tenże ks. Pleban własnym kosztem: kratę żelazną do szpiżarni za 13 zł. 61 kr. a. w., pięć mosiężnych klamek do pokojów za 7 zł. 50 kr. a. w., dwa zamki do piwnicy za 2 zł. 10 kr. Do otynkowania budynku plebańskiego za 37½ korca gipsu zapłacił 30 zł. 48 kr. w. a. W roku 1862 nowe chlewy murowane z kurnikiem, na których dach gontowy za 114 zł.

29 kr. a. w. W pokojach plebanii 3 nowe kamyczkowe piece za 15 złr. a. w. W roku 1864. wyrestaurowano stajnię dla koni i źrebiąt, na co wydano 21 złr. a. w. W tym samym roku dano nowy dubeltowy dach gontowy na szpiklerzu od strony południowéj za 37 złr. 40 kr. a. w. razem: 370 złr. 7 kr. w. a.

B) *Parafianie* własnym kosztem sprawili: Kapę czarną w drodze składki za 39 złr. 20 kr. a. w. Na odnowienie lampy wiszącej przed wielkim ołtarzem za 11 złr. 55 kr. a. w. W roku 1856 sprawili Wojciech *Płatek*, Sebastian Zak i Józef Zak nową czarną chorągiew za 50 złr. 50 kr. a. w. W roku 1857 pokryto dach kościoła od zachodniéj strony gontami, wystawiono nowy babieniec, pokryto gontami dzwonicę, dano nowe dębowe korony do 3 dzwonów, na co w drodze konkurrencyi Parafia złożyła 422 złr. 50 kr. a. w. Na wyzłocenie Statuy Ś. Walentego złożyła Maryanna *Mistarz* wdowa z Banowic 17 złr. 85 kr. a. w. Nowy grób P. Jezusa na wielki Piątek sprawili włościanie z Osieczan za 38 złr. 70 kr. a. w. Nową kapę koloru czerwonego sprawili *Jakób i Anna Horab i Błażéj Batko* za 42 złr. a. w. Nową chorągiew jedwabną z adamaszku czerwonego sprawił *Józef Serafin* z Brzączowic za 90 złr. 30 kr. a. w. Nową chorągiew jedwabną niebieskiego koloru z obrazem z jednéj strony ŚŚ. Trójcy, z drugiéj strony Ś. Jana z Mathy założyciela zakonu Trinitarzy od wykupienia niewolników Chrześcian z niewoli Tureckiéj sprawili członkowie *Bractwa* ŚŚ. Trójcy za 98 złr. 17 kr. a. w. Do kaplicy zwanéj *Ogrojec* sprawili Jan i Mateusz *Serafin* kamieniarze z Brzączowic 3 stopnie kamienne za 21 złr. a. w. Za pozostałe korale i paciorki po ś. p. Klary *Dróżdż* kmiotki z Brzączowic ofiarowane do kościoła Drogińskiego i według woli tejże testatorki sprzedane, aby odnowić obraz Matki Boskiéj w Ołtarzu oraz, aby według woli miejscowego Ks. Plebana sprawić jakieś rzeczy potrzebne do kościoła. Kwota cała od testatorki wynosi 64 złr. 28 kr. a. w. z téj kwoty odnowiono w roku 1863 obraz Matki B. za 25 złr. a. w. kupiono nowy trybularz z łódką z Chińskiego srébra za 18 złr. a. w. Sprawiono dwie nowe chorągiewki z obrazami za 15 złr. 26 kr. a. w. Nowy lawoar z białéj blachy, cynkowéj, farbą pokostowany za 3 złr. 27 kr. a. w. 4 pelerynki z czerwonego sukna dla ministrantów za 4 złr. 20 kr. a. w. brakującą kwotę 1 złr. 45 kr. a. w. Ks. Pleban miejscowy z własnego dołożył. W roku 1858 w drodze konkurencyi wystawiono budynek szkolny z drzewa wraz z pomieszkaniem dla Nauczyciela i Organisty za 1400 złr. m. k. W roku 1861 wystawiono w drodze konkurencyi z drzewa nową plebanią, w gotówce złożyła konkurrencyja parafialna 2195 złr. m. k. a prócz tego gromady dostarczały w naturze dni ciągłych i pieszych, ile potrzeba było do wystawienia powyższego budynku plebańskiego. W roku 1865 wystawiono z twardego materyału nową trupiarnię z pomieszkaniem dla grubarza w drodze konkurencyi; parafianie złożyli 376 złr. 90 kr. a. w. W roku 1865 sprawiono w drodze składki nową fioletową kapę za 40 złr. a. w. Razem od parafian 6913 złr. 40 kr. a. w.

III. W Dziekanowicach. *Kosztem* miejscowego Ks. Plebana sprawiono: W kopule przy sygnaturze nowy daszek z blachy cynkowéj, aby dészcz nie zacinał. Nową pa-

tynę do chorych za 6 złr. 40 kr. Kociołek w Chrzcielnicy wybielono za 1 złr. 12 kr. Sukienki pąsowe dla Ministrantów za 5 złr. 86 kr. Paschał nowy za 13 złr. 25 kr. Nowy dzwonek do chorych za 1 złr. 30 kr. Kapę nową fioletową za 30 złr. Józef *Kunst* z Oświęcima restaurował 2 kapy i 16 ornatów za które Ks. Pleban wraz za kolej i od poczty zapłacił kwotę 111 złr. 72 kr. Inne zaś drobne wydatki: na farby 5 złr. na złoto 10 złr. na liny do dzwonów 5 złr. na czarne ubiory dla Ministrantów 5 złr. 10 kr. od przerobienia schodów przed wielkim ołtarzem i od reparacyi lichtarzy 4 złr. na płoty i różne reparacye przy plebanii 87 złr. a. w. *Dalszy ciąg nastąpi.*

Niech wszyscy wzmiankowani odbiorą sowitą nagrodę od Tego, który wyrzekł: Jaką miarą mierzycie, taką wam odmierzono będzie.

Mutationes inter Ven. Clerum mensibus Martio et Aprilis 1866.

3. Martii 1866. N. 866. R. Antonius **Turner** Coop. in Bolesław translatus ad Radgoszcz.
9. dtto N. 945. R. Jos. **Smetana** Coop. in Limanowa institutus pro Pisarzowa.
dtto R. Stanisl. **Ciszek** e Neo-Sandecia translatus ad Limanowa.
dtto R. Andr. **Krok** e Szaflary transl. Neo-Sandeciam.
dtto R. Carolus **Solarski** factus Coop. in Szaflary.
dtto R. Ignat. **Ziołowski** e Bochnia transl. Neo-Sandec.
dtto R. Petrus **Przyborowski** e Neo- Sandec. transl. Bochniam.
12. dtto N. 978. R. Joannes **Babicz** Coop in Dobczyce institutus pro Przyszowa.
dtto R. Jos. **Jaromin** Adm. in Przyszowa applicatus ad Chełm.
21. dtto N. 1116. R. Adalb. **Guzik** transl. e Chełm ad Rzezawa.
dtto R. Georg. **Glatz** e Rzezawa ad Dobczyce.
4. Aprili 1866. N. 1261. R. Joan. **Biernat** Coop. in Pobiedr factus Admin. in Spytkowice ad Jordanow, vacans per pensionem parochi A. R. Severini **Kałuski**.
7. dtto N. 1309. R. Thomas **Kossek** transl. e Sidzina ad Bolesław.
10. dtto N. 1339. R. Joannes **Wańczyk** Expositus in Żabno transl. qua talis ad Pogorska wola.
dtto R. Adamus **Grębosz** Exp. in Pogorska wola transl. qua talis ad Żabno.
17. dtto N. 1438. R. Cas. **Sypowski** Capellanus Monialium Vet.-Sandec. institutus pro Szczyrk.
23. dtto N. 1526. R. Jacobus **Matura** Coop. in Cerekiew nominatus, ibi qua Administrator post mortem parochi p. m. Francisci Matlakowski.
28. dtto N. 1602. A. R. Franc. **La Croix** par. in Zbyłtowska Góra institutus pro Borzęcin.
dtto R. Adalb. **Kęska** Admin. in Borzęcin factus Adm. in Zbyłtowska Góra.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 8. Maji 1866.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1866.
Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.